

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostrativum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

86. Paradoxa

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107424)

quod ego sciam, tu vero jam & alios confule. *A.* Si vis ipsas bestias. *B.* Nihil absurdi dicis: Nam ideo crediderim apologos confictos, ut homines discerent à bestiis sapere.

86. PARADOXA.

A. *P*otesne ferre aliquem studiorum tuorum focium? *B.* Equidem integram catervam velim, sed nescio quam nemini sapiunt mea paradoxa. *A.* Forte quia obscuritatem affectas, duplices. *B.* Imò nihil est planius, simplicius, brevius. *A.* Posses ne aliquot dierum spacio te mihi explicare? *B.* Duobus certe aut tribus minutis. *A.* O audiam id ex te! *B.* Ego id debeo, tu utinam admitteres. *A.* *Propera*: nam minuta cito effluunt. *B.* Deum scito repenti obviam ire, insequentem fugere: Deum etiam procul visum prope esse: Deum à peccato sæpe per peccatum liberare: Dei nomen malorum omnium operculum. Christum potius veritatis testem quam doctorem. Christianum inconspicuum ex Deo natum hominem: Christianum semper invictum: Christianismum perpetuum Sabbathum: Mundi dominationem infimam servitutem: Mundum id quod credit non credere: Impios mundo sanctos: Evangelium mundo seditiosum: Veritatem tumultuariam rem: Theologiam magis experientiam quàm scientiam: Fidem non cadere sub artem: Voluntatem & cogitationem non posse cogi: Peccatum non posse cogitari, aut iustitiam extorqueri: quò doctiorem eò per-

PA
 iperversiorem
 rem novisse:
 rem idolum: d
 eodem: labore
 ram iustitiam:
 rendere omnia
 id solum orare,
 re: Servos non
 os: Suum qu
 elle suum cuiqu
 re esse. *A.* D
 vid enim aliud
 us retrogradis
 paucis saper
 tia, quis enim
 rare; nam Ovid
 etit, nisi fortass
 hus & Apostoli
 re. *A.* Nunc alia
 u deterior? *A.*
 las nunquam
 mi spes de te u
 mores, & stud
 ones sive unive
 erudine. *A.*
 nil moror tu
 um bonum,
 ram.

87. F

A. Bice libr
 deponer

eò perversiorem: stultitiam sapere: & ignoratio-
 nem novisse: suam cuique sapientiam & ratio-
 nem idolum: displicuisse hominibus summam
 laudem: laborem non ditare: cedere foro sum-
 mam iustitiam: nihil habentes omnia possidere:
 vendere omnia præceptum non consilium: Cor
 vel solum orare, & vitam innoxiam plu- quam
 os: Servos non servare legem, sed à lege liberos
 filios: Suum quemque nocentissimum hostem:
 velle suum cuique infernum: ut oculum, ita o-
 pus esse. *A.* Desine, desine si me vis vivere:
 quid enim aliud agis, nisi ut humana cuncta his
 tuis retrogradis regulis destruas? *B.* Dixi ne tibi
 talia paucis sapere, & paucos sapere. *A.* Nec in-
 iuria, quis enim ausit ita universo mundo con-
 traire; nam Ordo nullus his tuis paradoxis com-
 petit, nisi fortasse mendicantium. *B.* Certè Chris-
 tus & Apostoli à mendicantibus parum abfue-
 re. *A.* Nunc alia Ecclesiæ facies est. *B.* Meliõrne
 an deterior? *A.* Dicam tua pace, ad illas tuas re-
 gulas nunquam me obstringam. *B.* Nec eius
 mihi spes de te unquam fuit, cui religio, & leges,
 & mores, & studia, & opes & labores, & expecta-
 tiones sive universa vitæ periodus sunt ex con-
 suetudine. *A.* Dum boni mecum sentiant,
 nihil moror tua paradoxa. *B.* Vah, mun-
 dum bonum, nonne hoc maximum est para-
 doxum.

87. POLYMATHES.

A. Bijce librum. *B.* Mallem aurum. *A.* Saltem
 depone amici gratia. *B.* Et id ægrè facio;
 nam